

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 12 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 13.

Cod. XII.

12.

1.
f. 12.

XII Prophetas
minores cum
glossa ord. Wala-
fr. Strabi et in
interlineari Ansel-
mi Laudunensis.

Cod. XII. deest

membran. Fol.

Constans 90 foliis, venustissimo charactere scriptus
nec non literis initialibus vario colore pictis, ad
imaginibus duodecim, quae prima litera eiusque libri
inserta sunt, auro variegatis conspicuus. Continet
duodecim Prophetas minores, eodem ordine, quo eode-
cantur apud Hebraeos, esse translatio sit ea interpreta-
tione LXX. Incipit a prologo S. Hieronymi in librum
duodecim Prophetarum: "Non idem est ordo duodecim
Prophetarum apud Hebraeos". Hunc excipit Prologus eju-
dem in Prophet. Osee: "Temporibus Osee, et Joathae, Athas
et." Prior habet glossam collateralem. Pagina aver-
sa post medium incipit Prophetia Osee cum glossa ordina-
ria collaterali Walafridi Strabonis seu Strabi, et in
interlineari Anselmi Laudunensis, ita tamen, ut neutra
sit integra, sed quantum profixum membrana spati-
um admitteret. Haec forma servatur per omnes Prophe-
tias, quae integra in nostro codice habentur, exceptis
paucis verbis, quae ad calcem Prophetiae Malachiae
in versu penultimo et finali deficiunt. Terminatur enim
textus Prophetiae: "Ecce ego mittam vos", et glossa: "ad in-
structionem posterorum de fide". Unde patet folium
codicis nostri ultimum deesse. Ceterum fatis mirari
nequeo, utramque hanc glossam adhuc pro Postilla Ni-
colai de Cyra fuisse habitam, cum instituta collatio
protinus contrarium docuisset. Confer: Biblia sacra
latina cum Postillis Nic. de Cyra (a), et Biblia sacra
lat. cum glossa ord. Walafr. Strabonis, et interlin.
Anselm. Laud. (b)

A

(a) 2. 14 - 17

A

(b) f. 10 - 16.

Walafridus Strabo, v. Strabus nat. germ. ord. S. Bened.
in monast. Tuldensi professus, ad S. Gallum decanus,
a. 842. Augus majoris Abbas, Schabani Mauri dis-
cipulus, glossa ordinariae auctor, quam ex Schabani
Comentariis et S. P. scriptis edegit, obiit 849.
pro saeculi sui modulis sacris scientiis clarus. Vid. Histo-
ire de la France, T. 5. pag. 59 - 76.

Anselmus Laudunensis, et ipse Benedictinus glossae
brevioris auctor celebratur, ideo interlinearis dictae
cum inter S. Textus lineas locata sit. Obiit 1117. v. 18. vid.
Fabr. Bibl. med. et inf. Lat. T. 1. p. 114. item de meri-
tis eius in rem. litt. Histoire de la France T. 9.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 12 [Verbleib unbekannt]

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27388